



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitae Sanctorvm

Lippeloo, Zacharias

Coloniae Agrippinæ, 1603

Martyrivm S. Benigni Presbyteri: discipuli S. Polycarpi: quo coronatus est
apud Diuionem, circà Annum Domini 169. sub Marco Aurelio & Lucio vero
Imp. Ex eo quod est per V. P. Laur. Sur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42787

vicinium eodem die iustas scelerum suorum
pœnas luit. Cùm enim eques ad villam suam
solus properaret, & arborem quandam præte-
raret, serpens quidam ex ea inter collum & tu-
nicam eius prolapsus, protinus morfu venena-
to ventrem dirupit, & ad præcordia vsque
penetrauit. Totus igitur intumescens humi
voluebatur miser; & prius quam animam ef-
flaret, vidit Angelos psallentes & corpora san-
ctorum ex vndis exportantes: quæ Eusebius
Christi seruus deinde collegit, noctuque sepe-
liuit apud Taracinas. Porro cum tumulum
eorum ieiunijs & orationibus frequentaret,
& complures ibidem conuenientes ad Christi
fidem ab eodem conuersi à beato felice pres-
bytero baptizarentur, Leontius Leontij Consu-
laris filius vbi id comperit, furibundus ob
mortem patris, ambos protinus comprehen-
sos, noctu capite obruncari iussit, ac corpora
eorum in flumen iactari. Ceterum corpus B.
Cæsarij Romam translatum, hæcenus in Basi-
lica Heleniana, dicta alio nomine S. Crucis
ad Hierusalem in Atrio Sessoriano religiosi-
simè asseruatur. Porro vnum eius brachium
S. Anno Coloniensis Episcopus Coloniã
transtulit.

*Eusebius ca-
pitus damna-
tur vna cum
felice pres-
bytero: ob
Christi fidẽ.
Corpus S. Cæ-
sarij Romæ
asseruatur.
Vnum Bra-
chium Colo-
niæ.*

*Vide Tom.
2. Annal. &
Not. in
Martyr.
Roman. C.
Baron.*

MARTYRIVM S. BENIGNI PRES-
byteri: discipuli S. Polycarpi: quo coronatus est
apud Diuionem, circà Annum Domini 169. sub
Marco Aurelio & Lucio vero Imp. Ex eo quod
est per V. P. LAUR. SUR.

CVM

Baron.

1. Nouem.
*Predicat
 Dei verbū.*

*Sistitur Au-
 relio.*

*Aurelius ei
 blanditur.*

*Benignus
 blanditis
 consemnit.*

*Missus in
 carcerem &
 ex eo recrea-
 tur & sana-
 tur ab An-
 gelo.*

CVM sanctus Benignus in villa (cuius Spa-
 nico nomen) gētibus Dei verbum pra-
 dicaret, Terentius Comes iussu Aure-
 lij, vinctum eum ac caesum ad quaestiones &
 supplicia abripuit. Eum in conspectu suo ad-
 ductum Aurelius sanguine Christianorum e-
 brius; Dic, inquit, tu qua regione oriundus es,
 & quo nomine appellaris? Ad ea vultu animo-
 que imperterritus Christi seruus respondit; Ab
 Oriente venimus, ego & fratres mei: quos tu
 purpurea redimitos corona ad caelos pramissi-
 sti, missi à S. Polycarpo, vt miseras gentes sem-
 piternis ignorantia & peccatorum tenebris
 inuolutas, caelesti face Euangelij illustrare-
 mus. Tunc Aurelius, Si, inquit, meis obtempe-
 raueris cōsilijs, ego te summum deorum meo-
 rum sacerdotem constituam, & donis mune-
 ribusque affectum primis in regia mea hono-
 ribus extollam. Respondit Benignus; Aurum
 & argentum tuum tecum confectur in perdi-
 tionem; primatum verò aut sacerdotium non
 admitto: quæ æternam mihi perditionem pa-
 reret. Me profecto à Christo viuorum ac mor-
 tuorum Iudice abduces nunquam; qui tuam
 quandoque insaniam, qua in Christi seruos de-
 baccharis, detegat: & volentem te nolentem-
 que Deum omnium gentium, quem negas, cō-
 fiteri compellet.

His auditis Aurelius durissimis neruis mar-
 tyrē cędi, caesumque teteri imo carceri manci-
 pari iussit. Sed mox angelus Domini illi affu-
 stens plagas omnes ita absterfit, vt ne vesti-
 gium quidem in corpore appareret. Insequen-
 ti verò luce Aurelius eductus è carcere, & diu
 facti

sacrificare nolentem, ad fanum quoddam adduci præcepit. Cumque homo nefarius nihil se vel blanditijs vel minis in martyre promoveret, æstro quodam furoris agitatus: Ingerite, inquit, ori illius carnes immolatas, ut vel inuitus dijs nostris seruire cogatur. Id cum dicto citi⁹ fieret, martyr oculis manibusque insita pietate ad cælum sublatis propitium Christi nume inuocauit: & eccè, expresso Crucis signo, cuncta idola lignea lapideaque, & ipsa quoque vasa sacrificiorum, instar fumi euauerunt. Tum verò sanctus incredibili gaudio affectus: Agnosce, inquit Aureli, ò miser, potentem Christi virtutem & deorum tuorum inanitatem: Vbi nunc effigies eorum, qui ad Crucis signum protinus euauerunt?

His verbis commotus iniquissimus Imperator, in carcerem eum recludi, pedesque eius ingenti saxo perforato inseri, & plumbo liquefacto firmari iussit: Deindè ignitas subulas in manuum digitos defigi, & diebus còtinuò sex omni cibo potuque destitutum torqueri. Et ne qua salutis spes ei relicta videretur, canes ferocissimos duodecim extrema fame vexatos simul includi præcepit. Sed cuncti illi terrores & horrendi cruciatus fuere protinùs à martyre per Angelum Domini excussi: ita ut rabidi canes ouibus mansuetiores redditi martyris se defensores præberet. Sexta verò die cum aperta custodia missi ab Aurelio satellites martyrem planè illæsum inuenirent, tandè iussu Aurelij lancea militis transfossus preciosam Deo animam reddidit. Cuius corpus Leonilla insigni pierate matrona aromatibus condita

Subuertit omnia idola oratione sua martyr.

Immanissimè cruciatus.

Lancea transfossus mi grat ad Christum.

Cc tum

*Sepulchrum
vni miracu-
lis celebre.*

tum, haud procul ab ipso carcere in sepulchro
condidit: vbi multis sese virtutibus beatus mar-
tyr & miraculis manifestè declarauit.

DE SOLENNITATE OMNIUM

*Sanctorum: Ex D. Augustino & Lodouico Gra-
natensi.*

*1. Nouem.
D. August.
serm 37. de
Sanctis.*

Ephes. 2.

*Gloria aeter-
nae beatitu-
dinis imper-
scrutabilis.*

*Esaiæ 35.
& 51.*

HODIE, dilectissimi, omnium Sancto-
rum sub vna solennitatis lætitia cele-
bramus festiuitatem; quorum societate
cælum exultat, quorum patrocinij terra læta-
tur, quorum triumphis Ecclesia sancta coro-
natur: quorum confessio quāto in passione for-
tior, tanto est clarior in honore. O verè beata
mater Ecclesia, quam sic honor diuinæ digni-
tationis illuminat, quam vincetium gloriosus
Martyrum sanguis exornat, quam inuiolata
Confessionis candida induit virginitas. Ergo
agite nunc fratres, aggrediamur iter vitæ, re-
uertamur ad ciuitatem cælestem, in qua scri-
pti sumus, & ciues decreti. Consideremus in-
clytam vr̄bis illius fœlicitatem, in quam
considerare possibile est: vt enim verè est, con-
prehendere nullus sermo sufficiet. Dicitur de
ea in quodam loco sic: Quod aufugiet ibi de-
lor & tristitia & gemitus. Quid hac vita be-
tius, vbi non est paupertatis metus, non argu-
tudinis imbecillitas? Nemo læditur, irascitur,
nemo: nemo inuidet. Cupiditas nulla exardet,
cic, nullum cibi desiderium, nulla honoris pas-
satio: aut potestatis ambitio. Nullus ibi dis-
boli metus, insidiarum dæmonum nullæ: terra
gehennæ procul. Mors ibi, neque corporum
neque